Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Prae-
mislien. Nobilis Albertus Zgorski, sanus mente et corpore existens,
a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibus suis quibusvis propriis et com-
973 petentibus recedendo: huic autem Castren. Praemislien. iurisdictioni
se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus, quoad actum praesen-
tem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo: palam,
libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia se et suos suc-
cessores de et super bonis suis omnibus Generoso Ioanni de Plesowice
Fredro Iudici Terrestri Praemislien. et ipsius successoribus inscribit et ob-
ligat praesentibus recognoscendo certam manualem, per se recognoscentem
eidem Generoso Iudici Terrestri Praemislien. verae quartae verum et con-
ditionibus ibidem expressis de actu et data diei hodierna datam, manu
sua propria subscriptam, in omnibus conditionibus tam in toto quam
in parte tenere, atque [illegible] in omnibus et singulis eiusdem recogni-
tionis punctis, clausulis, articulis ligamentis et vinculis quibusvis u-
niversis eandem complere exequi, ac inviolabiliter observare,
omnibusque et singulis illis contentis toties quoties opus fuerit sa-
tisfacere, praefatam recognitionem ad inserendam praesentem, et inscriben-
tionem ad praedictam recognitionem vicissim referendo. Idque
sub Vadio Trium Millium florenorum pecuniae Polonicalis per prae-
dictum recognoscentem Nobilem Albertum Zgorski eiusque successores
praedicto Generoso Ioanni Fredro Iudici Terrestri Praemislien. eiusque suc-
cessoribus, ob non completionem contentorum recognitionis praefatae, omnium
et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso
ad solvendum succumbendo, ac pro re aliqua perdita, non completa complenda

Citatus eciam

Citatus etiam memoratus recognoscens Nobilis Albertus Zgorski aut
eius successores ad Instantiam praedicti Generosi Fredro aut eius successorum
ad Officium praesens Castren. Praemislien. exclusa recessu suppositi, quoad
respondendum spectat mediante, in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio, stare, iuri parere, respondere, pro Vadioque praefato ac pro re
ipsa perdita, pro qua ex praemissis non completa citabitur satisfacere
debebit et tenebitur, seque ac suos successores obligat: eundem Ter-
minum primum peremptorium, et alios omnes consequentes causae eiusdem
Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minoren-
nitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio mili-
tari, ad munimenta, ad tutorem, vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quaslibet alia [illegible]
Officii praesentis Castren. Praemislien. terminis [illegible] sibi non recipiendo
nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
eorum primis simplicibus, vel triplicatis, Quaestionibus, suspensionibus, ta-
talis iuris, Prorogatione Terrae, bello, Conventionibusque, et aliis quibusvis
iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Quod inscribendo ad praemissa [illegible]

Przypkowski Iastrzemskie cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Prae-
mislien. Generosus Ludovicus Przypkowski, sanus mente et corpore existens,
a Terris, districtibus, iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competen-
tibus recedens; huic autem iurisdictioni Castren. Capitan. Praemislien. quoad a-
ctum praesentem attinet, se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter
et plenarie incorporans atque subiiciendo: palam, libere, publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo [illegible]
de inscriptione Terrestri Praemislien. originali [illegible] Generoso Alberto Herburt de
Fulsztyn cum assensu Magnifici Ioannis Felicis Herburt in Dobromil [illegible]

patri sui, sup summā Quatuor Milliū florenorum pecū Polon. Gnosis
Stanislao et Joanni Wrzbskim modo debiti facti et recognitis, et p decretum
Judicii Ordinarii Gnalis Tribunalis Regni Lublinensis inter eund. Gnosum
Erasmū Albertū Herbort, Actorem; et se recognoscentem citatum de acta
[De actis] Sabbatho ipso die Festi Sanctorū Viti et Modesti Martyrum,
anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo ... applicata,
ac porrodū p eosdem Gnosos Wrzbskie sibi regnandi actis ...
Terrestribus Premislien. cessa, inscriptitur eidē Originali debitoria et
Cessionaria, atque decreto pdicto Tribunalitio, praemissa suo in tenore la:
tius enarratis: ac etiam de eadē Inscriptione cessionaria, cū oībus earum
inscriptionum Originalis punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus
vadiis, Evictione, inscriptione cessionaria contentis ligamentis
universis, eisdem inscriptionibus variis appositis: nec nō et de summa
suppta, in eadē inscriptione originali contenta: tum lucris, plucris, va:
diisque Triplicatis ac toto iuris processu, ratione non solutionis eiusdē su:
mae Quatuor Milliū Floren. Polon. sup pfato Gnoso Erasmo
Albertho Herbort in Officio pnti Castrensi Premisliensi obtentis
causaque ipsa in quocunque puncto et gradu iuris dependente. Tū et de
bonis summa pfata, lucrisque plucris, ac toto iuris processu oneratis cū
totali praemissorum oīum iure dominio et pprietate, ac quavis cō:
petentia et praerogativa, cuique oībus et singulis summae pdictae, ac bo:
norum summa eadē, tum pfatis lucris, plucris, ac toto iuris processu o:
neratorum, Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis
obventionibus alienis et pprietis universis: Processus quoque totius con:
petentiis et praerogativis quibusvis; Nihil et praemissis iuris, dominii,
pprietatis ac cuiuis competentiā et praerogativā, p se suisque successoribus
aut

aut quopiā alio reservans seu excipiens: Verū put praemissa oīa sibi
recognoscenti serviebant, ac se legitimē concernebant. Jam ex nunc et
de facto Gnoso Alberto Jastrzembski et ipsius successoribus, accepta
ab ipso p praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione, ces:
sit et condescendit, put pntibus cedit et condescendit: oēque et integrū
ius suū sibi ad praemissa serviens in psonam eiusdē Gnosi Jastrzebski
Cessionarii sui et eius posterorū totaliter et plenariē, transtulit
transfudit et incorporavit, put pntibus transfert, transfundit et in:
corporat. Jamque ex nunc pdictus recognoscens Gnosus Ludovicus Przyp:
kowski pdicto Gnoso Alberto Jastrzembski Cessionario suo, eiusque posteris
in bona suppta oīa, summa dicta et processu pfato onerata, p se
recognoscentem psonaliter abscessa, corā Officio pnti dat et admittit rea:
lem intromissionem et actualem pacificamque possessionem p Ministerialem quēcunque
Regni Generalem et Nobiles duos, ipsi nunc ab Officio pnti addatos
die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsū Cessionariū
suū et eius successores, hoc idē ius cessū praemissorum oīum summam
et bona summa eadē, ac pdictis lucris plucris, vadiis triplicatis to:
toque processu iuris onerata, pntibus p se recognoscentem condescensa,
tenendi, habendi, possidendi, illisque pacifice et quiete utifruendi, ac
in usus suos ac suorum successorum quosvis beneplacitos libere et
effectualiter convertendi: cū plenaria facultate, summā pdictam
tollendi, levandi, percipiendi de levata et percepta quietandi, processū
pfatū à punctis dimissis continuandi, ac ad debitum executionis
finem deducendi, vigore pdicti iuris originalis ad praemissa oīa sibi
servientis, pntibusque cessi et transfusi. Debetque et tenebitur pdictus
recognoscens Gnosus Ludovicus Przypkowski, put se ac suos successores in
et sup bonis suis gnaliter oībus, ac summis pecuniarum quibusvis

habitis et habendis praedicto Generoso Jastrzembski Cessionario suo, eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus, ipse et eius successores in eodem iure, summa, et bonis summa praedicta in processu praesenti oneratis, praemissis omnibus praesentibus per se recognoscentem abscessis, et eadem eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium, in omni Iudicio et Officio Regni ex re persona et occasione sui recognoscentis tantummodo et non ultra evenientium, toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemque cum posteris reddere. Necnon hoc idem ius, summam, et bona summam et processu praedicti onerata, praemissa omnibus praesentibus cessa ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioritatibus et posterioritatibus, in eodem iure praemissisque omnibus conditionibus praesentibus, per se recognoscentem aut suos successores factis et faciendis, tum etiam a quibusque Citationibus in hoc idem ius, summam et bona praemissis omnibus onerata praesentibus abscessa, occasione sui recognoscentis suorumque successorum importatis et importandis; Luenis denique et plucis, processibus iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, in eodem iure, praemissis omnibus per se recognoscentem cessis ex re et occasione sui recognoscentis suorumque successorum productis et producendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper facere. Nec etiam intromissionem eorum Officio praesenti admissam, in eisdem bonis, summa praefata, tum luenis plucis, totoque processu iuris oneratis, praesentibus cessis, dum per Ministeriales et Ministros Officiosi requiretur, non denegare, imo debebit eandem libere et effectualiter dare et admittere, dataque et admissa eadem, possessionem et usufructum praemissorum quousque modo tum posse, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas, non impedire ac eandem adimere, Ipsumque Cessionarium suum et eius successores in dictis bonis, praemissis omnibus praesentibus cessis tam in parte quam in toto non inquietari: ita ut hoc idem Ius, summam et bona praemissis omnibus onerata praesentibus cessa idem Cessionarius huiusmodi suis cum posteris quiete et pacifice praesentibus sub inscriptionis cessionisque vigore tenere et possidere queat. Sub poena

sub vadio

sub vadio, Quatuor Millium florenorum pecuniae Polonicalis, per eundem recognoscentem Generosum Ludovicum Pstyplewski aut eius successores praenominato Generoso Cessionario suo ipsiusque successoribus, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. In quo quidem vadio modo praedicto succubito, ac per re aliqua pereclita ex praemissis non completa, completis praemissis Citatus eiusdem praenominatus recognoscens Generosus Ludovicus Pstyplewski aut eius successores, ad instantiam praenominati Cessionarii sui Generosi Alberti Jastrzembski ipsiusque successorum ad Officium praesens Castrense Premisliense, ex tunc recessu supposito quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium praetactum luere, instrumenta principali huic satisfacere ac adiudicatum pati, debebit ac tenebitur seseque ac suos successores ad eadem omnia obligat: eundem Terminum primum peremptorium, et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate per maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evictores, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem ultra primos praesentis Castrensis Premisliensis Ministeriales Officii terminos dilationes sibi non recipiendo, nullasque Motiones appellationes earumque praesentationes faciendo, ac praemissa omnia praeterea simplicibus vel duplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, praescriptione Termini, bello, convertitionesque; non aliis quibusvis iuris remediis ac defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.